Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0002-7

4336.

1595

ASSERTIONES

# DE PATRIA POTESTATE, EIUSQUE CAUSSIS CONSTITUENTIBUS,

Nuptijs videlicet, Legitimatione, Adoptione, vt & contrarijs, Ex T. IX. X. XI. & XII. Libri I Inſtit. Imper. concordantibusq; I. Canonici & Ciuilis TT.

deprompta,

*Quas diuina præſidente clementia, veritatis indagandæ ergò, ſub incudem collationis reuocabat*

ANDREAS RYTHNERUS BRIcenſis,

*Reſpondentis vices obeunte*

IOHANNE A KOTTERITZ, Iuniore Marchico.

*Quibus*

*Acceſſerunt duæ Oratiunculæ Reſpondentis diſputationi adhibitæ, vt & in eiuſdem abitum ſcripta ab amicis*

PROPEMPTICA.

*Ariſt: lib: 6. Ethi. c. 8.*

πλῆθος χρόνου ποιήσει τὴν ἐμπειρίαν.

FRANCOFURTI AD VIADRUM TYPIS VOLtzianis, Anno Chriſti M. D. XCV.

37.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0003-2

# NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, AT-que ſtrenuo Viro DN. Chriſtiano Diſtelmeier, in Malſsdorff & Radiſsleben, Illuſtriſsimi Principis Electoris Brandenburgici, Archicancellario, vt d gniſsimo, ita fideliſsimo, Auunculo ſuo plurimum colendo, S. D.

*SI pari facilitate ſalubre aliquod præceptum, & menti infigi, & erumpere in actum poſſet, Vir Nobiliſsime atq́ Ampliſsime, Auuncule colende: næ, ego jam pridem & expectationi ſatisfeciſſem tuæ, & conatibus meis. Nunquam enim ex animo meo receſsit præclarum illud paternumq́ conſilium tuum, quo ad hanc Academiam Gorlitio tendentem proſecutus es: ne ſcilicet illotis, quod aiunt manibus, legum ſacra contrectarem, ſed cum earundem ſcientia, dicendi ſtudia conjungere pergerem. Quod ſi vt perfectio laudem, ſic conatus, & leuis quædam adumbratio veniam meretur; eam & tu ſpero mihi tribues: qui non aſſecutus equidem ſum finem propoſitum vt volui, at obſequutus admonitioni tuæ, vt debui. En præſto ſunt, Auuncule cariſsime, vtriuſq́ ſtudij indices; diſputatio ex latiſsima PATRIAE POTESTATIS materia deprompta; vt & oratiuncula eidē moris ergô præmiſſa: eaq́ non multa & copioſa, ſed minore pomærio, vt cum Varrone loquar, finita: quæ, ſi acerrimo judicio tuo aliqua ſaltem ex parte probabuntur, facilè ſuſtinebo inſultus eorum, qui in alienis dijudicandis Lynceo perſpicaciores reperiuntur, in ſuis, vt plurimum talpa cæciores. Reliquas diſputationes & orationes quo minus his in præſentia, vt recepi, annecterem, fecit, tum opinione celerior mea ex hac Academia in Argentoratenſem profectio; tum negotiorū tuorum moles, & vis ingenij; quarum illa maior eſt, quā vt pluribus ſimul & ſemel legendo percurrendis vacare poſsis; hæc præſtantior, quam vt ad progreſſum qualemcunq́ meum dijudicandum pluribus indigeas. Vale igitur Auuncule obſeruande, paternā mei, fratrumq́ curā ne abjice præſidiúq́ patrocinium amanter ſuſcipe. Francofurti, Anno 1595. 7. Calend. Maij.*

Reſpondens, ex ſorore Nepos obſeq.

ELIAS ROBERVS V. I. D. ET P.
Prof. pro tempore Academiæ Francofurtanæ Prorector.

# NOBILITATE, VIRTVTE, ERVDITIONE PRAESTANTI DOMINO IOHANNI A KOTTERITZ IVNIORI COMPATRI ET AMICO SVO HONORANDO.

S. D.

MAgnæ omninò & arduæ cogitationis rem à me petis nobiliſsime Kötterici, meum de edendis aſſertionibus tuis quod requiris judicium. Dum enim circumſpectis rebus neceſſarijs, rationibusq́ ſubductis ſummam mearū cogitationum tibi amicè concredo: variorum judicijs meipſum exponi, haud dubia ad augurandum coniectura ducor. Sed cum ſumma amicorum tuorum ex propenſa in me beneuolentia profecta merita, tuus in me amor mihi penitus perſpectus, literæ tàm verborum ſententiarumq́ quaſi floribus, quàm humanitatis ſale conſperſæ mihi reſpondendi neceſsitatem quandam imponant: non dubitabo quod ſentio reſcribere: tuæq́ voluntati obſecundando, aliorum limata & perpolita iudicia, quà potero, ſuſtinere. Et ſi vero non deſint, quæ te ab editione harum aſſertionum auocare poſſe videantur: quod multi in ea verſentur opinione: nihil niſi elimatum, perfectum ingenio, elobaratum induſtria, & omnibus quod aiunt, numeris abſolutum in publicum eſſe emittendum:

dum: quodq́ plerique eo ad aliorum ſtudia & conatus cognoſcendos aggrediantur animo: magis quæ in reprehenſionem incurrunt, vt inſectentur & exagitent: quàm ea quæ laudem merentur, vt exornent & amplificent: quæ tolerabilia ſint, mitiorem in partem, pro candore ſuo, interpretentur: plura tamen ſeſe offerunt: quæ tibi, ne à propoſito ſuſceptoq́ conſilio declines, deflectasq́ ſententiam, ſed in ea conſtanter permaneas, incitamento eſſe & debeant & poſsint. Vt enim Ægyptij lege Amaſidis, ſole confecto curſu, ad idem caput ſe referente, ijs qui tùm rerum potiebantur, operarum ac laborum ſuorum rationes reddere cogebantur: ita illi, qui ad vberiorem ingenij cultum in Academias mittuntur, diligentiam ſuam & progreſſus in ſtudijs non contemnendos amicis, per eiuſmodi tyrocinia, probare annituntur: quæ in adoleſcentia, tanquam in herbis ſignificent: quæ virtuti maturitas, quæ fruges induſtriæ ſint futuræ. Et quidem ſi quis ſynopſin quandam juris penitus perſpectam planeq́ cognitam memoriâ ſepſerit: ea quæ de verborum ſignificatione & regulis juris ſcripſerunt docti, didicerit: nec non locos argumentorum juridicorum paratos & expeditos habuerit: dici non poteſt, quanto ſtudiorum ſuorum cum commodo & emolumento, his diſputandi exercitationibus, & diſſerendi quaſi velitationibus ſe committat. Nihil enim eſt quod æquè intelligendi prudentiam acuere, eloquendi celeritatem incitare, memoriæ ſtabilitatem firmare valeat: nihil quod adoleſcentes ad humanitatem flectat rectius: nulla cogitari poteſt vel languentis ingenij incitatio vehementior, vel effrenati moderatio commodior: vt non

dicam

dicam quicquid temporis & operæ in eiuſmodi aſſertionibus diſcutiendis ponunt adoleſcentes ingenioſi & induſtrij: id unius & alterius horæ ſpatio, in ſuauiſsima tali συζητήσει ad ſingulorum fructum redundare. Quod ergo tuo exemplo aliorum diligentiam excitare, & induſtriæ tuæ ſpecimen amicis edere animum induxiſti: non modo vllius boni reprehenſionem non vereri, ſed & omnium doctorum & prudentium collaudationem & comprobationem certò tibi polliceri debes. Accedit magnifici, ampliſsimi nobiliſsimiq; viri Dom. Chriſtiani Diſtelmeieri Marchiæ Brandeburgicæ Cancellarij digniſsimi, avunculi tui judicium, de quo ſcribis, grauiſsimum: cui nihil ſuauius eſt, quàm tuos in ſtudijs, cùm juridicis, tùm dicendi, progreſſus ex eiuſmodi exercitationibus cognoſcere: cuius viri magnifici & ampliſsimi tanta cùm in me, tum in vniuerſam hanc Academiam extant beneficia: vt ea me nec verbis, nec re aſſequi poſſe ingenuè fatear. Quæ enim verba tantam in me meritorum magnitudinē poſſent compenſare? Ea verò eius eſt amplitudo, & mea tenuitas: ut nullā partem horum beneficiorum, non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia me conſequi poſſe haud obſcurè animaduertam. Et certe cùm non modo Marchiam, ſed & vicinas regiones prudentiſsimis ſuis conſilijs regit, eius memoriam excipient anni conſequentes: dum vero huius Academiæ, quam omnium in vita ordinum ſeminarium rectè dicimus, patrocinium ſuſpicit, eamq; iuuare, tueri, conſeruare atq; ornare non dubitat: de his laudibus nulla vnquam conticeſcet ætas: eas immutabilis, quam nulla temporis metitur circumſcriptio, æternitas intuebitur.

Vt enim omnia dicaſteria publicæ tranquillitati, legitimæ & vſitatæ in rebus cauſisq́ civium æqualitatis conſeruationi, maxime ſeruiunt: vt commoda quæ inde ad omnes ſubditos proficiſcuntur longè ſunt amplisſima: ita niſi in Academijs alij informarentur qui prioribus quaſi in ſtatione ſurrogati ſuccederēt: publicorum judiciorum vox brevi conticeſceret. Quantum igitur certi temporis bonum à perpetuitate & perennitate abeſt: tanto laus quæ ex Academiarum conſeruatione proficiſcitur, illâ eſt illuſtrior & diuturnior. Sed quid ego de his ad te, nobiliſsime Kötterici? qui ſcis huius viri judicium aliorum omnium cenſuris longè eſſe anteponendum. Quamobrem tibi non modo non diſſuadere, ſed & te incitare debeo: vt ſpecimen hoc alijs non tàm ad intuendum quàm imitandum proponas: cumq́ intelligam te de conſilio parentis & amicorum iter in alias Academias nunc dirigere: ex animo precor, vt id feliciter conficias: & ſuo tempore eloquentia & juris ſcientia inſtructiſsimus ad tuos redeas.

Vale, & me, vt facis, ama. Scrip. Francofurti cis Viadr. IX. Calend. Maij. Anno 1595.

GENE-

# GENERE ET VIRTVTE
## NOBILISSIMVS IVVENIS
## IOHANNES CÖTERICIVS,
ἀναγραμματισθεὶς.

## ANNE HIC OS ET COS IVRI?

TV quoq; dum Themidos ſacra diſcutis, excolis, auges,
Os acuis IVRIS COTE animumq́; polis.
ANNE HIC OS ET COS IVRI? IVS reddit acutos,
Fæcundiſq; facit fundere verba ſonis.
IANE benè ingreſſus, procedens nauiter, AN non
OS quoq; tu IVRIS, COS quoq; IVRIS eris?
Perge modò, ſignata tene veſtigia Patris
Conſilio cuius læta ſtat aula Ducis
Perge modò, preme certa VIRI veſtigia, noſtris
Qui tribulos aruis demetit, arua ſerit.

Chriſtophorus Pelargus D. & pro tempore Theologicæ facultatis Decanus.

PRÆ-

# PRÆFATIVNCVLA, A RESPONDENTE, DISPVTAtioni de Patria poteſtate, ad Collegas præmiſſa.

*VTrum difficilius aut majus eſſet, negare Præſidi, idem ſæpius exigenti, an efficere id, quod flagitaret, diu multumq́; Collegæ, ante hunc diem dubitaui. Nam & negare ei, quem vnicè diligerem: cui etiam me cariſſimum eſſe ſentirem: cuius deniq́; fidei me, ſtudiaq́; hæc mea commiſiſſem; præſertim & juſta volenti, & præclara cupienti, durum admodum mihi videbatur: & ſuſcipere tantam rem, quantam non modo facultate conſequi difficile eſſet, ſed & cogitatione complecti; vix arbitrabar eſſe eius, qui vereretur reprehenſionem aliorum prudentium. Magnum enim quoddam munus eſt, atq́; haud ſcio an non idem omnium maximum onus, in tanta ingeniorum varietate, vbi velle ſuum cuiq́; eſt, nec voto viuitur vno, ſuſcipere atq́; profiteri, ſe vnum, antagoniſtis contradicentibus, grauiſſimæ cuiuſdam materiæ diſceptationem ſuſcepturum, eamq́; aduerſus illorum inſultus rationum momentis fortiter defenſurum. Adeſt enim præſtò fere nemo; qui non acutius & acrius, errores, vitia ac peccata, ſi quæ incurrant, diiudicet, quàm quæ recta aduertit, collaudet: vſq́; adeò, vt quicquid ſit, in quo offendatur, licet ſit minimum, id ipſum etiam, laude inſigniq́; commendationis nota dignũ, vna eademq́; traductione obruat. Hoc tamen, quoniam à me jam ſæpius poſtulauit præſes, nihil morans peruerſa illa judicia, aggreſſus ſum; non altercandi ſtudio, ſed conferendi voluntate, nec tàm perficiendi ſpe, quàm experiundi animo; ne judicio eiuſdem de me diutius aduerſarer, ſtudijſq́; meis*

*deeſſem*

deeſſem. Malui enim, cum voluntati eiuſdem ſim obſecutus, deſiderari à vobis prudentiam meam & eloquentiam, quàm ſi eam neglexerim, obſervantiam rèquiri atq; beneuolentiam: cum par ſit omnes omnia experiri, qui res magnas, magnopereq; expetendas concupierunt: multiq; deſperatione debilitati, perſequi id nolint, quod ſe aſſequi poſſe diffidunt, detrimento ſuo maximo. Qua de re, dum paucula quædam huic noſtræ συζητήσει præmitto, quæſo vacuas mihi ac beneuolas aures concedite. Conabor equidem præſtare, idq; breuiter, ne ex veſtris animis deſperatio bonam ſpem, ſed bona ſpes deſperationem exterminet. Nam ſi quem aut natura & illa præſtantis ingenij vis fortè defecerit, aut doctrina diſciplinæ huius minus inſtruxerit; teneat tamen eum curſum, quem poterit, cum quem voluerit, conſequi atq; vrgere non liceat: & ad prima aſpirantem, honeſtiſsimum etiam ſit, in ſecundis tertijſuè conſiſtere. Non enim in Jureconſultis ſoli locus eſt Bartholo, aut Jaſoni, aut Baldo, ſed horum vel ſecundis, vel infra ſecundos. Enimuerò nec Jaſoni calamum excuſsit amplitudo Bartholi; nec ipſe Jaſon admirabili quadam ſcientia cæterorum ſtudia reſtinxit: quin potius calcar addidit. Neq; verò ab exquiſitis tantummodo legum ſtudijs Jureconſulti excellentes deterriti non ſunt: ſed ne opifices quidem artibus ſe ſuis remouerunt, qui aliorum ingenioſa opera exprimere nequierunt: nec ijs abſtracti ſunt reliqui, quo min⁹ experirētur, quid efficere aut quo vſq; tandem progredi poſſent: quorum tanta multitudo eſt, tanta in ſuo cuiuſq; genere laus, vt cum ſumma miremur, inferiora tamen non reprobemus. Jn Oratoribus, Romanis quidem admirabile eſt, quantum vnus inter omnes excellat Cicero: attamen cum eſſet, multi propterea oratores magni & clari fuerunt, & antea fuerant, nec poſt progreſſu temporis defecerunt: cum olim boni perdiu nulli, vix autem

 ſingulis

*ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles inuenti ſint. Quocirca non eſt, cur eorum, qui ſe ſtudijs his dediderunt, ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria. Nam neq; illud ipſum, quod eſt optimum, deſperandum: & in præſtantibus rebus magna ea ſunt, quæ ſunt optimis proxima. Permagni eius intereſt, qui diſcendi ſtudio flagrat, vtrum vnum omnia, an omnia neminem, ſed aliud alium putet conſequi poſſe. Quod ſi penes vnum omnia conſiſtere poſſe rebitur; ipſe quoq; ad omnium, continuo, abſq; intermiſſione, curſu, enitetur facultatem: ſin is deſperabit & diffidebitur, in paucis ſe exercebit, ijſq; commodis, quibus contentus erit. Cui enim natura minora data ſunt, is illud tamen aſſequi poteſt, vt his, quæ adeptus eſt, modicè & ſcienter vtatur: & ſic Spartam, quam nactus eſt ornet, vt ne dedeceat: quippe cum natura nulla ſit, quæ non habeat in ſuo genere res complures, diſſimiles inter ſe, quas tamen conſimili laude dignetur. Nõ arenas Lybicas æquat ſtudium hoc, quibus ſubmergatur quis, modo emergere velit. Tantum ſumat, quantum opus eſt, & habeat qui docere fideliter poſſit: & ſciat ipſe etiam diſcere: ita, vt facilis vſus doctrinam confirmet; aſſidua opera tribuatur; memoria ſtudiumq; promoueat: cum nihil longinquitas temporis perficere non queat: nec vlla ars literis, ſine interprete, ac ſine aliqua exercitatione percipiatur. Minimè verò omnium eſt, quod quiſquam difficultatem huius ſtudij, ex eo, quod ſenes didicerint, metiatur; quandoquidem illi aut eius cognitionem ſerius acceſſerint, aut vſq; ad ſenectutem in eo detenti ſint, aut fuerint tardiſſimi. Tametſi enim maturè admodum curſum ſuum inchoare aſſoleant ij, eo citius ad portum optatum qui tendere cupiunt: nonnulli tamen vel fortunæ manibus quaſi aliò abducti, vel naturæ vinculis quaſi conſtricti, eo demũ tempore ad Iuriſprudentiæ culturam conceſſerunt, quo multi alij ad*

*mortem*

*mortem jam tranſeunt: quorum pertinax induſtria, ſeneſcentibus membris, in animo florem juuentæ excitauit, vel etiam cum ipſa natura glorioſum certamen inÿt. Miſsis alÿs, vnum in præſentia videamus Accurſium, qui, ſi Cucatio fidem adhibemus, inter omnes tùm Latinos, tùm Græcos interpretes, facilè principatum obtinet. Hic Raphaele Cumano atteſtante, quadrageſimo ferè ætatis anno huic ſe ſtudio mancipauit: ſatius æſtimans, tàm præclaram ſcientiam ſerò, quàm nunquam addiſcere. Et certè non ſolum diffidentia ſed & nomen ipſum diffidentiæ tolleretur, ſi futuri LL. ſtudioſi, eo animo vitam hanc auſpicarentur, quo Pomponius quondam, cum Iuliano ſe eam derelicturum, ſpopondit: quando ſe diſcendi voluntatem non abiecturum eſſe aſſeruit, ſi vel alterum pedem jam in fouea haberet poſitum. Nihil ſcilicet ſtatim abſolutum, ſimul & inuentum, inchoatum & perfectũ: ſed omnia quæ acerrimo ſtudio pertractantur, leuioribus principÿs, eadem illa, quam iam toties dixi, natura, prætexuit: quæ poſt progreſsionibus vſa, indies magis magisq́; prouehit: & tandẽ vniuerſa profundit: vt totum repente euolet: nec refert, quàm cito, ſi ſat benè. Optimus & grauiſsimus quisq́; confitetur, ſe multa adhuc latere, & plura ſibi etiam atq́; etiam cognoſcenda. Citò nata, citò pereunt; nec quicquam violentum diuturnum. Odi juuenem præcocem, inquit ille, vt præficam. Omnia præclara rara; optimum quodq́; rariſsimum; quod præclarum, item arduum: quò quid difficilius, eò præclarius. Habui hæc de ſtudÿs noſtris in medium quæ producerem, ad quæ vtinam perueniatis, vt ea, quæ percepiſtis, re & facto ipſo experti, probare poſsitis. Interim velim, ſi propoſitum meum minus fortè probabitur, aut majus onus ſuſceptum putetis, quàm expediri potuerit, aut dùm præſidi petenti voluerim obſequi, verecundia negandi, audendi me impudentiam ſuſcepiſſe. Quæ*

Lib. 3. obſ. c. 11.

In l cum quid D. ſi certum pet. las. in l. vt vim, 3. D. de Iuſtit. & iure.

in l. apud Iulianum, 20. D. de fidei commiſs. libert. lib. 40. T. 5.

*de re, certa mihi cum ſit ſpes propoſita: non eſt quod metuam, ne aut inconuenientibus atq; incomptis atrum, tranſuerſo calamo ſignum allinatis; aut omiſſa cerulis minutulis, ceu virgula cenſoria, ſeverè notetis: nec ſuperuacua deniq; obeliſcis quibuſdam toruè juguletis; quin potius certa me fiducia manet; vos pro veſtro in me, ſtudiaq; hæc amore & candore, æquitatem in judicando, rigore exactiſsimo excluſo, adhibituros. Jam ergô hæc nunc reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum; vt hanc patriæ poteſtatis materiam probe diſpicatis excutiatis, ventiletis: dubia ſi quæ habetis, proponatis: ſolutioneſq; a me, ſi non ſufficientes, quod præſidi do, at nec diſſolutas, expectetis.*

*DIXI.*

ASSER-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0014-3

# ASSERTIONES
## De Patria Poteſtate.

### I.

PAtria poteſtas, a. Cuiacio autore, b. eſt quaſi proprietas, quam patres in liberos, c. iuſtè d. procreatos, Iure ciuili e. habent; & acquiritur, vel iuſtis nuptijs, f. vel legitimatione, g. vel adoptione. h.

*a. Ariſtorteli lib 1. pol c 3. πολιτικὸν imperium. Liuio verò lib. 3 Decad 3 patria maieſtas dicta, olim ad venditionem filiorũ quamlibet Cuiac lib. 5. recept Paul. ſent tit. 1. & ad ius vitæ ac necis extendebatur l. inſuis 11. D de lib. & poſtum l. fin C. de pat. pot l 2. C. de pat. qui fil. diſtrax: hodiè in pietate non atrocitate conſiſtens l. Diuus 5. D ad L. Pomp. de parric. l. nec in lege 22. D. ad L. Iul. de adult. ad emendationem tolerabilem tot. tit. C. de emendat prop. excluſa omni patris ſæuitia ſub pœna emancipationis l fin. D ſiquis a. parent. manum fuer. Aſcan. Clem. in tr. de patr. poteſt effect. 1. nu. 13. iuſtiſsima ex cauſa ad exheredationem §. aliud Nouell. 115 vt cum de appell. cognoſc Clem d. loc. nu. 11. & famis funeſtæ ſedandæ ergò ad venditionem d. l 2 vbi Bar. & dd. gl. in c. ſiquis ext. de furt, Clem. d. loc. nu. 1. traducta eſt, licet & pater filium inobedientem carceri Iudicis mancipet, diſcretus modo ſit Clem. d. loc. nu. 19. quemadmodum alioquin ſub pœna priuationis feudi feloniam committentem propria autoritate capit & ad dominum feudi deducit c. 1. § inſuper vbi dd de probib. feud. alien. per Frider. Iacob de S. Georg verb dictiq; vaſalli nu. 3 & Borch. in tr. feud. c. 7. nu 58. quo facto filius vltimum ſupplicium non rarò ſubterfugit Sal. in l. propter inſidias C. qui accuſ. poſs. Cæpol. caut 1, Borch. d. loc nu. 59.*

*b in paratitl. C. eod c. quin & in nepotes ex filio non ex filia natos § fin h. tit. l. familiæ 196. D. de V. S. d. iniuſtè namq; procreati in poteſtate patris non ſunt l. Paulus 11. D. de ſtat. hom. § pen. i. de nupt. neq; eius inſignijs ac nobilitate gaudent, qua aliàs legitimè nati lætari ſolent Bar. in tr. de inſign. nu. 10. Dec. in l. 2 nu. 67. D de reg. Iur. gl. Coſtal. & dd in l. cum legitimæ 16. D. de ſtat. hom. etiamſi iis iam viuis acquiſita eſſet argum. l ſenatoris filium 5. D. de ſenat. l. 2. § 1. D. de Decur l. moris 9. § parentes D. de pœn l. diui. 5, & l. cum quis 10. cum l. ſeq de natur. liber Tiraq. in tr. de nobilit. cap. 15. nu 7 eum ſeqq. & c 35. nu 3. & in tract. primogen. q. 31. Hottom. in qq. illuſt q. 2. Duar. lib. 2. diſput. anniuerſ. c. 29. cum nobiles poſteritatem amare præſumantur Tiber, Decian reſp. 33. nu. 140, vol. 1. e. l. 3. 4. 5. & 6. D. de his qui ſunt ſui vel al. Iur. § ius a h tit. olim moribus Alciat lib. 2. diſp. c. 12 Valer. Max. lib 5. c 8. de Caſsio f. in pr. h. tit. d. l. 4. g. § fin. i. de nupt & tot tit. C de natur lib. Nouell. 74. & 89. Quib. mod. nat. eff ſui vel legit. h tot. tit. Inſtit. D. & Cod. de adopt.*

## II.

Iuſtas nuptias præcedunt a. Sponſalia, b. mutua c. illa repromiſsio futurarum nuptiarum, d. nudo e. & ſpontaneo f. Conſenſu, g. inter eos h. facta, quibus de jure i. conceſſum eſt.

*a. de præcedentibus & præparatoriis prius agendum l. 1. D. de orig. Iur. l. 1. D de interrog. action. & l. ad rem 56. D. de procuratſ. & cum primis hoc caſu, quando obligatio ad nuptias momenti ſit maximi, cum ſeruitutis inſtar ſit matrimonium arg. l 2. D. de lib. hom. ex hib. Schurff. conſ. 47. nu. 1. Cent. 2. cauſæq; criminali ac arduæ æquiparetur Gail. lib. 2. obſ. 93. nu. 6. & 7. & Beuſt de ſponſal. c. 41. Ex quo ſucceſsiuis gradibus ad id perueniendum Bez. in tr. de diuort. in pr. & Beuſt. in præfat. 2. part. tr. matr. arg. c. vbi periculum de Elect. in 6. & c. quieſcamus 42. diſt. l ſicut 5. C. de obligat & act.*

*act. b.a, ſpondendo, ob morem veterum ſtipulantium ac ſpondentium vxores futuras l. 1. 2. 3. D. de ſponſal. Gell. lib. 4. c. 4 Connan lib ·. Com. Iur. c 2. nuncupata, vnde ſponſus & ſponſa ſuum ſortiuntur nomen. c vt legit. VVeſ. D. de ſponſ. nu. 2. d. l. 1. D. ſponſal c. noſtrates 30. q. 5. non præſentium, cum ſponſalia per verba de præſenti impropriè ſic vocentur Coſtal. in d l 1. & D. Luth. in libell.* von Eheſachen *p. 1. arti . vbi nullam defferentiam agnoſcit inter verba noſtri idiomatis* ich will dich zur Ehe nehmen / vnd ich nehme dich zur Ehe/ich habs ihr gelobt/vnnd ich wil ſie nehmen *Henn. Göden. conſ. 2. de cauſ matrim. nu. 1 vſq; ad nu. 5. & ipſum matrimonium inducant l. nuptias 30. D. de R. I. § nuptias & ibi gl. Nouell. 22 de nupt. c. fin. ext de deſponſat. impub. c. pen. ext de ſponſal. c matrimonium &c. cum initiatur 27. q. 2. [Reſiſtit Kling. intr. matrim rub. de ſponſ] ex quo rata ſunt quantumuis ex poſt facto alia eiuſdem generis intercederent concubitu firmata Schurff. conſ. 57. nu. 1. & ſeqq Cent. 1. Hinc ſponſa ſponſum de præſenti lugere tenetur arg l. vxores 9. D. de his qui not infam: forum ejus ſortitur Felin. in c 1. ext. de ſponſ. arg. l. exigere dotem 65. D. de Iudic.: paciſcens cum eo non auditur Matth. Cun lib. de pact. c. 9 nu. 1. cum ſeqq: abſentem quo ad de eius morte certò conſtet operitur arg. c. in præſentia 19. ext. de ſponſ. &c dominus 2 ext. de ſec. nupt. licet in conſiſtoriis elapſo anno citationes concedi aſſoleant Schneid intit de nupt nu 54. & Beuſt. de ſponſ. c. 60.: ad eius hereditatem excluſo fiſco admittitur Molr in tr. matrim. tit. de ſponſal. verſ ex his conſequenter: & ſtatuto diſponente de lucro dotis comprehenditur Schurff. conſ. 9. Cent. 3. Mynſ. obſ 78. Cent. 6 Gail lib 2 obſ 8 VVeſenb. D. de ſponſal. nu. 7 & Mauſ de nupt in pr. Quamuis non pauci reclamitent Tirag. in tr de LL. Connub. in gl. 2. a. pr. vſq; ad nu. 22. Panorm in c. cum ex publico nu 5 & 6. ext. de conuerſ. Coniugat & Angel. in § fuerat nu 24. I. de action quorum ſententia æquitatem præſe ferre videtur non minimam, præſertim cum dos ratione onerum matrimonalium porrigatur l. pro oneribus*

*20. C.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0017-0

20 C. de Iur. dot. l. dotis fructum 7. D. Sol. matrim. ideoq; iis ceſſantibus, & ipſum lucrum dotis ceſſet, quando non entium nullæ ſint qualitates. l. decem ibi dd. D. de V. O. quod ſcitu per neceſſarium eſt ob Conſtitutionem Marchicam, Conjugibus ſuperſtitibus dimidiam bonorum partem deferentem. Sic non rarò conſtitui ſolent pacta dotalia quæ valent tot. tit. C. de pact. conuent. etiam totius dotis lucrandæ ergò inita, ſi filij non ſuperſunt vlli. Böer. deciſ. 244. nu. 1. & Mynſ. obſ. 33. Cent. 2. ſic & Iure ſax. contrahentes ſponſalia ante ingreſſum thori nihil participant Conſtit. Elect. Sax. 19. p. 3. e. expreſſo ſcilicet l. in ſponſalibus 11. D. de ſponſal. d. l. nuptias 30. aut verbis l. 1. & l. ſponſalibus 7. D. de ſponſal. c. tua 26. ext. eod. aut literis d. l. ſponſalib. aut mediante proxeneta d. l. ſpeciale mandatum habente c. fin. de procur. in 6. Beuſt de ſponſ. c. 5. in fin. aut ſignis exquiſitis Abb. in d. c. tua. f non impedito vel vi vel metu & in conſtantem virum cadentibus c. ex literis 16. Abb. ext. de ſponſ. c. veniens 15. c. conſultationi 29. l. ext. eod. l. metum D. quod met. cauſ. Beuſt. de matr. c. 44. & vel a parentibus incuſsis D. Luth. in d. libell. von Eheſachen art. 5 p. 1. mortis nimirum, cruciatus corporis l. 3. D. d. tit. Dec. in l. in omnibus nu. 2. D. de R. I. verberum c. accedens 17. ext. de conuerſ. conjug. etiam ex interuallo præcedentium Böer. deciſ. 100. nu. 13 per l. 2. C. de his quæ vi met. cauſ. & c. 1. ext. eod. vulnerum Bl. in l. fin. C. de jur. delib. & amiſsionis bonorum c. Abbas 2. ibi Abb. ext. d. tit. Molrad. tr. matrim. tit. de ſponſ. verſ. Cæterũ. Matrimonium hoc caſu impediretur quantumuis Iuramento eſſet firmatum gl. & Abb. in c. ſignificauit 2. ext. de eo qui dux. in vxor. ac metus propria extimeſcentis culpa inuaderet c. veniens 15. ibi gl. & Abb. ext. de ſponſal. Ias. in l. Titia 134. in pr. nu. 5. & 6. D. de V. O. vel ſtatutum extaret contrarium Gail lib. 2. obſ. 93. nu. 2. g. Solo d. l. nuptias 30. vbi Dec. nu. 1. c. cum locum 14. ext. de ſponſal. c. ſufficiat & c. matrimonium 27. q. 2. etiam non ſuffulto de-

ductione

ductione in domum Angel in pr. nu. 4 de patr. pot. Coſtal in l. 1. D. deſponſ. de qua Borch. in tr. de grad pag. 74. cum ſeqq. Hottom. in Illuſt. qq q. 25 & Mynſ. Cent. 6. obſ. 7. aut datione arrharum Beuſt. de ſponſal. c. 5. quæ ſunt plerumq; annuli aurei induendi quarto digito ſiniſtræ manus ob neruum tendentem ad cor ſedem mutuæ dilectionis, cum cor auro roboretur c. fœminæ 30. q 5 Cell lib. 10 cap. 10. Ex traditione a. arrharum pro ſponſalib arg. c. illud ext de præſumpt & ex datione annuli a ſacerdote facta, pro matrimonio præſumitur gl in c fœminæ 30 q. 5. in verb annulus. De reliquis Solennitatibus vt trina proclamatione ex ſuggeſtu, traductione in Eccleſiam, benedictione ſacerdotali uideatur c null. c. noſtrates c. ſponſus c. nullum c fœminæ &c nec illud 30. q 5. b. habiles nempè ac certos arg c. 1. de ſponſal in 6. l vt gradatim 11. § 1 D. de mun. & hon. & intellectu minimè deſtitutos arg. § furioſus i. de inutilib ſtip l furioſi 40. & l. vbi non voce 124. § furioſus D. de R. I. l. 2. § furioſus D. de Iur codicill. & l 1 § adipiſcimur D. de acquir. poſs.. i. diuino ſcilicet canonico ciuili ac municipali vid. theſ. 7. in lit. d.

III.

Diuiduntur ea, in pura & conditionalia: a. quorum illa, nihil conditionis ſub ſe habent, b. hæc verò vtiq; : publica d. item, ac clandeſtina.

a. Panorm. in c. ſuper eo c. de illis &c. per tuas 6. ext. de cond. appoſ. b. Als wenn man ſagt / ohne alle mittel / ohne unterſcheid / oder ohne alle bedingung / ex quibus ſtatim obligatio deſcendit arg. § omnis verſ. pure i. de V O. l. cedere diem 213. D. de V. O. c. præſertim in euentum & caſum § ſub conditione i. de V. O. honeſtum quidem & poſsibilem Hoſtienſ in ſum. de cond. appoſ. Vnde eo reſpectu puris ex poſt facto interuenientibus præualent arg. § 1. i de empt. & vendit. & l. 1. C. de com & per. rei vend. Toming deciſ. 10 & Beuſt. de ſponſ. c. 19. [ diſſentit communis Dd. Schola in d c. ſuper eo Schneid. de ſponſ nu 38. & Mauſ in d tr. verſ nunc eſt vſus. ] non inhoneſtum, impoſſibilem & matrimonij ſubſtan-

*tiam enervantem collata c. aliquando 23. q. 2. c. fin. ext. de cond. appoſ. licet alioquin impoſsibile ac turpe hoc caſu vix. attendenda ſint d. c. fin. d. præſentibus teſtibus ac gnaris parentibus celebrata arg. c. 1. 2. 3. ext. de ſponſal. Beuſt. de ſponſ. c. 19. vnde reliquis meritò præferenda c. 2. ibi Pan. ext. de clandeſt. deſponſ. Luth. in d. libell. art. 2. p. 1. ibi* die offentliche freie Ehe mit Gott vnnd mit ehren geſtifftet / ſoll den ruhm vnd recht behalten / wieder die geſtolene / meuchlinge / vngehorſame winckel ehe / *etiam contrahentium Confeſsione, Vnicoq; teſte & fama ſtabilitis, publicis prius duobus teſtibus firmatis Abb. & dd. in c. 2. ext. de cland. deſponſ. ac copula carnali ſuffultis arg. d. l. nuptias 30. d. c. cum locum & d. c. ſufficiat quamvis Conſiſtoriales freti autoritate D. Lutheri in d. loc. contrarium pronunciare aſſoleant Beuſt deſponſ. c. 14*

## IIII.

Qui igitur nuptias contrahunt, & ſponſalia celebrant; a. licet in his, b. vt in illis, c. ætas præfinita non ſit.

*a. l. tutor. 16. & l. ſeq. D. de ſponſ. c. cum quid 93. de R. I. in 6. l. ſiquis 60. §. quamvis D. de rit. nupt. Duar. c. 3. D. deſponſ. & Connan. lib. 8. Com. Iur. c. 2. nu. 3. etiamſi contrahens ſit mutus & ſurdus c. cum apud 23. ext. deſponſ. arg. l. mutus 43. D. de procur. modo conſenſum ſignis euidentibus exprimat arg. d. c. cum locum d. c. ſufficiat & d. l. nuptias, vel etiam planè ebrius, ſi ſobrius factus denuo conſentiat Beuſt. de ſponſal. c. 9. & Kling. in tr. matrim. de error. qual. cum ebrietas ſtatum mentis euertat c. vinolentum diſtinct. 35. & obliuionem ejuſdem inducat gl. in c. vnum oratorium diſt. 25. & c. a crapula 14. ext. de vit. & honeſt. Cler. Furioſus a. & infans cum non intelligant quid agant §. furioſus i. de in vtil. ſtipul. nullam voluntatem habeant l. furioſi 40. D. de R. I. § præterea i. quib. non eſt permiſs. teſt. fac. locoq; abſentium ac quieſcentium ſint l. 2. §. furioſus D. de Iur. de lib. & l. 1. C. de falſ. mon. à ſponſalibus ineundis arcendi*

*ſunt*

*ſunt. e. cum apud ſedem vbi Pan. nu. 1. & 4. & c. dilectus 24. ext. de Sponſ. c. vbi 30. q. 2. l. in Sponſalibus 14. D. de Sponſal. non á Clerici minus idonei ad cælibatum 1 ad Timoth. 3. verſ 2. & 12 quantumuis Canones refragentur c. presbyteris diſt 27 & c diverſis 5. ext de Cler. conjug. præſertim cum ad clericos æq; ſpectet ordinatio & mandatum Dei, ac ad ſeculares & laicos Geneſ. c. 3. verſ. 25. & exod 20. verſ. 14 c. Nicena diſt. 30. Ex quo Angel. aſſerit in § 1. ſ de nupt. nu. 5 perinde ſanctum eſſe opus cultumq; Deo gratum contrahere matrimonium ac ingredi religionem Molrad in d tract. §. ſunt & aliæ paul. ante fin. b. celebrandis etiam ab impuperibus, majoribus tamen Septennio & intellectu præpollentibus c. 2. c. literas 4. c accesſit 5. c. ad diſſoluendum 13 ext. de deſponſ impub. etiam abſq; conſenſu tutorum l. in copulandis vbi Bal. & dd. C. de nupt Panorm in c. 1. nu. 9. ext. de ſponſal. licet ea demum a puberibus vel approbentur vel reſcindantur arg. c. 2. & c. fin. vbi not. ext. de deſponſ. impub. c. 1 theſ. 8. in lit. c.*

## V.

Reſidet ſponſaliorum vis in ſpe futurarum a. nuptiarū: vnde publica honeſtas exoritur, b. pœnitentia c. excluditur, d. & non niſi iuſtiſsimis ex cauſis, quibus aloquin matrimonij fœdus, e. eorum nexus reſcinditur.

*a. l. ſi vxor 13. §. Diuus D. ad L. Iul. de adult. ex quo non raro ſub nomine conjugum ſponſalia celebrantes accipiuntur l ſi ſponſa. 74. D. de Iur. dot. & l. lex. Iulia 4 D. de fund. dotal. ſ theſ. 3 in lit. a. cingendo nempe pro cincto l. pen. D. de teſtam. milit. & proximè futuro pro iam facto habendo Dd. in d. l. pen. b. c. vn deſponſal in 6. l. ſemper 42. D. de rit. nupt. & l. ſemper 197. D. de R. I. quæ impedit quo minus ſponſus cum conſanguineis ſponſæ & econuerſo ſponſa cum conſanguineis ſponſi ad quartum vſque gradum incluſiuè*

*contrahat c. non debet ext. de conſ. & affinit. ſponſusq́ cum ſorore ſponſæ de functæ ſecunda celebret ſponſalia c. ſi quis deſponſauerit 27 q. 2. ₢ Ex Pontificum ſcilicet placitis c. ex literis 10. ext de ſponſal. Panorm. in c. ſuper eo ext. de condit. appoſ. vnde nec transactio eo caſu admittitur c. fin. ibi gl. ext de ſponſal. Beuſt. de ſponſal. c 2. nec compromiſſum exoritur Gail. lib. 2. obſer. 94. nu 9. nec Iuramentum voluntarium & Iudiciale negatiuum conceditur Dd. in c. 1. & in d. c. non debet c. exliteris ext. de ſponſal. Schurff. conſ. 47. nu. 10. Cent. 2. Schneid in § ſiquis poſtulante nu. 26. ī de action. & in tr. de nupt nu. 29. Beuſt de ſponſ. c. 45. nec ſuppletiuum ſuſtinetur Beuſt. d. loc. c. 41. Semper indulgendo purgatorio, etiamſi nullæ ſubſint præſumptiones, modo perſonæ eiuſdem ſint ſtatus, bonæq́ vitæ ac famæ Beuſt. d. loc. c. 47. Diſsentire videtur Schneid. d. loc. nu. 30 & ſeqq. De Iure veteri ciuili pœnitentiæ patebat locus l. 1. C de ſponſ l. in poteſtate 10. D. eod. & diſtrahentes vtebantur formula: conditione tua non vtar; tuas res tibi habeto: agito l. 2. D de diuort. nec erat præfinita pœna ſed nunc pluris nunc minoris damnabantur Gell. lib 4. c. 4. hodiè pars pœnitens arrhas datas aut amittit aut duplicatas reſtituit l. fin. C. de ſponſal. arg. l. contractus 17. C. de fid. inſtrum, niſi in triplicatas vel quadruplicatas facta fuiſſet conuentio Bal. in d. l. fin d. ſubaudi ſponſalia de præſenti cum ſponſalibus de futuro etiam pacto & ſtipulatione pœnali de ijs non diſſoluendis l. Titia in pr. ibi dd. D. de V. O. c. gemma ibi dd. ext. de ſponſal. Beuſt, c. 4. de ſponſal. ac Iuramento corroboratis Panorm. in c. 2 ext. de ſponſal. c. 1. ext. de Iurejur. pœnitentia præſtituta ſit d c. 2. ſi alter ab alterius abhorreret conſuetudine c. requiſiuiſti ibi Abb. ext. de ſponſal. Kling. in tr. matrim. rub. de ſponſ. de futur. verſ. jurata ſponſ. vt ob obrepentem deformitatem qualis eſt amiſſio naſi, oculi, manus &c. arg. c. fin. ext. de conjug. lepros. deſertionem c. de illis 5. ext. de ſponſal. l 2. C. de repud. & l. 2. D. de diuort. diuerſam religionem l ſi legibus 16. C. de epiſcop. aud. & ſtuprum illatum c. quemadmodum vbi Abb. & dd. ext*

*de*

*de Iurejur. Beuſt.; deſponſal. c. 1°. in fin.  e.  dicti ab onenere dum Soboles matri ante partum ſit oneroſa, in partu doloroſa & poſt partum laborioſa c. ex literis 2. ext. de conuerſ. infidel.  f.  vid. theſ. 7.*

## VI.

Prælibatis ſponſalibus, nunc nuptias a. perſequimur: quæ ſunt legitima b. viri c. ac mulieris d. conjunctio, e. indiuiduam vitæ conſuetudinem, f. ac diuini g. humaniq́; juris h. communicationem continens.

*a.  a. nubendo dictæ hinc nupta & innupta Varro lib. 4. de lingua lati. quod fœminæ pudoris gratia dum maritabantur, velari ſolebant, vt noſcerent ſe maritis eſſe ſubditas c. fœminæ &c. nec illud 30. q. 5. 1. ad Corinth. 14. verſ. 16. Geneſ. c. 24. verſ. 66.  b.  LL. ſcilicet comprobata vid theſ. ſeq. in lit. d.  c.  vnius ſolummodo, exploſa meritö polygamia [ à patribus nempe ob promiſſionem de multiplicando ſemine inſtar ſtellarum in cœlis & pulueris in terris, Abrahamo diuinitus factam Geneſ. c. 15. verſ. 7. 8. 20. & c. 17. verſ. 5. & 6. conceſſa Brent. in ſuo lib. tit.* Wie in Eheſachen / Chriſtlich zuhandlen *q. 5. & 6 ] etiam Iure diuino Geneſ. c. 2. verſ. 24. & ſeq. Matth. 19. verſ. 4. Marc. 10. verſ 18. ad Epheſ. 5. verſ, 31. 1. ad Corinth. 6. verſ. 16. cuius pœna licet in regno Neapol. ſit ſtigma duorum numerorum cauterio inurendum Did. Couarr. in eſpit. de ſponſ. p. 2. c. 7. §. tertia nu. 7. in imperio tamen Romano vltimum ſupplicium præſtitutum eſt l. eum qui duas 18. C. ad L. Iul. de adult. Conſtitut. nouiſs. Crimin. Carol. V. c. 121. quamuis ſponſalia duo celebrans mitius puniatur VVeſ. ad Schneid. de ſponſ. nu. 15. Beuſt. de ſponſal. c. 15.  d.  non fœminæ cum fœmina maſculi cum maſculo ad Rom. 1. arg. c. 19. verſ 31. Geneſ. l. 2. C. de inceſt. nupt. l. cum vir 31. C. ad. L. Iul. de adult. Nouell 141. Edict de his qui lux. cõt. nat, neq; hominis cum bellua Leuit. 18. verſ. 23. & c. 20. verſ. 15. præſertim*

cum peccatum eiuſmodi nefandum vel gladio vltore Bar. in d l. cum vir. vel flamma vindice ſit perſequendum d. conſtit. noviſs. c. 116. Beuſt. de matrim c. 6. Quomodo Sodomia committatur vid. Molrad. in tr. de nupt. §. ſi vxor e. tam animi quam corporis l. cui fuerit 15. D. de condit. & demonſtr. d. l. nuptias 30. & l. pen. C. de inceſt. nupt. f. §. nuptiæ ſ. de patr. poteſt. ſeu conſortium omnis vitæ l. 1. D. de rit. nupt. hinc conjuges neq; conſenſu mutuo Dec in l. nihil tam naturale nu 8. D de R. I. neq; ſententia Iudicis c. lator ibi Abb. ext de ſent & re judic. non tranſeunte propterea in rem Iudicatam Mar. in ſpec. aur. p. 6 verſ Et demum fert ſent. nu. 135. & Gail lib. 1. obſ. 112. per tot. cum publicatis atteſtationibus, etiam ſuper iiſdem articulis hoc caſu noui teſtes produci queant Schurff. conſ 47. nu. 10. Cent. 7. neq; alio modo ſeparandi ſunt c. inter corporalia 2. ext de tranſlat Epiſc. quantumuis alter eorum in morbum contagioſum & incurabilem incideret Schneid. hic de diuort nu. 50. & Kling. in tr. matrim. verb. indiuiduam arg. c. 7. ad Corinth. 1. verſ. 11. Matth. 5. verſ. 32 & c 19. verſ. 9. Marc. 10. verſ. 9. & c 10. verſ 11. Lucæ 16. verſ. 18: hinc vxor virum ſequitur ex juſta cauſa peregrinantem c. vnaquæq; 13. q. 2. c. 1. ibi gl. & Abb. ext. de conjug. leproſ. Schneid. d loc. nu 47. non in captiuitatem abductum d. Iurib. non propter delictum aufugientem gl. & dd. in c 1 ext. de conjug. leproſ. nec propria culpa bannitum & exulantem Bar. & dd in l. ſi cum dotem 22. §. ſi maritus D. Sol. matrim: hinc maritus vxorem alere, niſi motu proprio ab eo profugiat Matth Cun. lib. 1. de pact c 6. ſub. nu. 206. & ægrotanti de medico aliiſq; neceſſariis proſpicere cogitur Bart. & dd. in d. l. ſi cum dotem §. ſin a in ſæuiſsimo. ſub amiſsione lucri dotis Dd. in l ſi ab hoſtibus 10. §. 1. D. Sol matrim: hinc & omnis calamitas ingruens d. §. ſin. a. in ſæuiſsimo, ac dignitas ſuperueniens communis eſt vtriq; conjugum, vxorq; radiis corruſcat mariti Nouell 15. de conſul. §. ſi a. l. fin. C. de in-col. lib 10. l. mulieres 13. C. de dignit lib. 12. & l fin. D. ad municip. eiuſdemq; nobilitate ignobilis condecoratur, Coſtal. & dd. in l. fœminæ

minæ 8. D. de ſenat. quandoquidem vna ſunt caro, vnum corpus vna perſona c. Agathoſa 27. q. 2. mulierq́; condita ſit non ex capite, ne ſit domina, nec ex pede, ne ſit famula, ſed ex coſta vt mutua eſſet vitæ ſocia gl in c. fin. verb coſta 33. q. 5. g. diuinæ domus l. 4. C. de crim. expil hered. vnde matrimonium cum Iudæa, vel alterius ethnicæ ſectæ muliere haud injuriâ interdicitur c. caue c. non oportet 28. q. 1. c. quanto 7. & c. gaudemus 8. ext. diuort. Geneſ. c. 6. verſ. 3. Exod. c. 34. verſ. 16. Deut 7 verſ. 2. 3. Reg. 11. verſ. 2. h. humanæ domus id eſt fori. domicilij omnium fortunarum ac dignitatis l. exigere dotem 65. D. de judic. & d paulo ant. Iurib. Erant apud Romanos duo ſacra publica & priuata de quibus videatur Borch. in tract de grad pag. 30. & ſeq.

## VII.

Ad eas requiruntur, conſenſus a. legitimus. b. iuſta ætas, c. ac legum autoritas. d.

a l nuptias 30 D. de R. I. c. ſufficiat 27 q 2. c. fin. ext. de ſponſal non conſtans errore ei inimico l. ſi per errorem 15. vbi dd D de Iurisd. omn. Iud. l. 8. & 9. C. de Iur. & fact. ignor. In perſona namq́; c. 1. 29. q. 1. c. tua 26. ext. de ſponſal. vel conditione ejuſdem. vt ſi duceret ancillam pro libera c. propoſuit 2 & c. fin. ext de conjug. ſeru. hallucinans, nuptias non contrahit. Kling. in tr. de cauſ matrim. ſub rub. de err. condition. tametſi error patriæ arg. l. his verbis 84. §. fin. D de hered. inſtit. nominis l. ſi in nomine 4 ibi Iaſ. C. de teſtam. fortunæ d. c. 1. & c. de illis 3. ext. de condit. appoſ. vel qualitatis, ducta ſcilicet moroſa pro amica & compreſſa pro virgine, vix de Iure obſit VVeſ. D. de rit. nupt. nu 8. vbi late diſcutit & Kling d. tr. de error. qualit. Reſiſtunt & contrarium quo ad compreſſam pronunciant Conſiſtoriales, ſi non pateat locus reconciliationi Phil. Mel. in tr. de Conjug. & Schneid. hic nu. 60. cum ſeqq. D. Luth. in 4. art. 1 part. libell.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0025-4

libell. von Eheſachen b. LL haud improbatus, qualiter reijcitur arg. l. contra 29 D. de LL ſubſtantiæ matrimoniali inimicus 5 theſ. 3. in tit c. & abſq; conſenſu parentum elicitus tam de Iure diuino Geneſ c. 24. verſ 4 & 50. Exod. 22. verſ. 17. Iud. c. 14 verſ. 3. & c. 21 verſ 1 Tob. 7. verſ. 11. 1 ad Corinth. 7. verſ 18 quam ciuili §. 1. & § ſi aduerſus h. tit l. nuptiæ 18. cum l ſeq D de rit. nupt. l ſi vt proponis 7 C. de nupt. c. in maſculo de Iure Ciuili 14. in fœmina 12 ætatis annus in pr. h tit §. 1 i. quib. mod tut. finit c. minorem 4 D. de rit. nupt. & l ſi vxor 43. D. ad L. Iul. de adult Fœminas citius pubeſcere & ſeneſcere quam maſculos tradit Plin. lib. 7 naturalis hiſtoriæ c. 4. & Ariſtot. lib 7. de hiſt anim c. 3. De Iure Canonico judicium de pubertate ex habitudine corporis ac vigore naturæ ſumitur c. puberes ibi gl ext. de deſponſ. in pub. præſertim cum ſæpè compertum ſit etiam ante præfinitos annos fœminas peperiſſe & maſculos genuiſſe Borch. de nupt in pr. & Molrad in tr. matrim. ſ. 1. d. ſuadens vt matrimonium ſecundum LL præcepta contrahatur in pr h tit Interdicitur ſiquidem illud ipſum reſpectu vel conſanguinitatis vel affinitatis vel publicæ honeſtatis. Primo caſu inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum de omni Iure Geneſ. c. 2. verſ 24. Leuit 18. verſ. 7. Matth. c. 19. verſ. 5. Marci 10. verſ. 7. ad Epheſ. 5. verſ. 31. 1. ad Corinth. 6. verſ. 16. §. ergo h. tit. l. nuptiæ 3. D. de rit. nupt. Molrad. in d tr. ſ. ergo non omnes; ob pudorem naturalem ob quem & bruta animalia eiuſmodi coitus renuunt ac reformidant ſ. 1. Nouell. 12. de inceſt. nupt. Exemplum de Camelo & equa quadam vide apud Ariſtot. de hiſt. animal lib 9 c. 47. & Plin. lib. 8 c. 42. Inter tranſuerſales verò de Iure diuino inter ſororem & fratrem ſiue altero tantum ſiue vtroq; conjunctos latere, inter patruum, & fratris filiam, & ſimiles ejuſdem gradus perſonas Leuit. 18. & 20. Idem ferè & de Iure Ciuili ſtatuitur §. inter eos ſ. frater quoq; ſ. amitam & § item materteram h. tit. de nupt. Verum de Iure Canon. & quidem recentiori inter perſonas quarto gradu incluſiuè copulatas c. non debet ext. de conſang. & affinit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0026-0

*finit. Secundo caſu & quidem Iure diuino cum vxore patrui, cum nuru, cum noverca, cum vxore fratris, cum filio filiauè priuigni priuignæq; ac ſorore vxoris d. c. 18 & 20. Leuit. De Iure Canon. vt ſuperiori, ita & hoc caſu d. c. non debet. De tertiò caſu d. eſt 5 theſ. 5. in lit. b. Prædictis inijci ſolet quod ſtatuto inhiberi queat, ne quis cum certis quibusdam exoticæ ac Ethnicæ nationis perſonis, vt cum Turca, publicæ vtilitatis gratia matrimonium contrahat Angel. in pr. nu 3. 5. de Iur. natur gent. & ciuil. Molin. in addit. ad Dec in l. 2. nu. 38. & in Conſuet Pariſ. tit. 10. in rub. Licet alioquin ſtatutum eiuſmodi vix ſubſiſtat dd. in auth. caſſa & irrita C. de SS. Eccleſ. Gail. lib 2. obſ. 93. nu 2. Tutor olim cum pupilla matrimonium non contrahebat tot tit. C. de interd matrim. int. pup. & tut. noſtro tempore vtiq; Angel in §. illud nu. 2. & Mauſer. h tit. Beuſt. de ſponſ. c. 21. His ergò gnauiter non attentis ſi quis temerario quodam motu ad nuptias proſiliat ſeſeq; illicito matrimonio funeſtet, illud ipſo vacillat Iure arg. l. non dubium vbi dd. C. de LL. adeo vt contrahentes nomine conjugum non modo non gaudeant §. ſi aduerſus h. tit. & omnibus commodis nuptialibus excidant l. qui contra. 4 C. de inceſt nupt. ſed & amiſsione dignitatum ac omnium bonorum ſpoliati. auth. inceſtas C. de inceſt. nupt. pœna L Iuliæ de adult. puniendi veniant l quamuis 30. & auth. ſed hodie C. ad L. Iul. de adult. liberi reddantur illegitimi, paternisq; ſacris haud ſubiaceant. d. § ſi aduerſus §. 1. 5 de pat poteſt. l. 6. C. de inceſt. nupt. ex quo nec conſiliariis Principis aſſociandi Bal. in l. cum legitimæ 19. D de ſtat. homin. nec gradu Doctorali in certis quibusdam Academiis condecorandi erunt Mynſ obſ 31 Cent. 4. niſi remedio diſpenſationis nuptijs illicitis eſſet ſuccurſum, quæ tamen reſpectu graduum Iure diuino interdictorum meritò exploditur arg. c. ſunt quidam 25. q. 1 Kling in tr. de cauſ. matrim tit. de diſpenſat. Mauſ. in d tr. §. mariti & Molrad. in §. ducrum d. tr. quantumvis in gradibus ratione Iuris & ciuilis & canonici prohibitis admittatur c literas ibi Abb ext. de reſtit ſpoliat. iuſta modo ſubſit cauſa Kling. d. loc cum ex cauſa facta diſpenſatio ſit gratia, abſq; ea verò injuria Specul tit. de diſpenſ. §. 1. nu. 4.*

D Nuptiæ

## VIII.

Nuptiæ ritè & legitimè contractæ, reſoluuntur duplici ex cauſa: morte a. nimirum naturali, b. ac diuortio .c.

a. ad Rom. 7. verſ. 2. 1. ad Corinth. 7. verſ. 39. §. deinceps Nouell. 22. de nupt. & l. 1. D. de diuort. modo de ea conſtet certò: alioquin in dubio probanda per literas hominum fide dignorum, per nuncium certum vel publicam famam Panorm. in c. præſentia ext. de ſponſ. nu. 6. b. non æquè ciuili l. ſed et ſi 5. D. de bon. damnat. Hinc vxor maritum bannitum vel expectet vel ſequatur l. 1. ibi dd. C. de repud. Panorm. in d. c. præſentia nu. 2. c. vt ob adulterium facta Matth. 19. verſ. 9. c. ſignificaſti & c. ex literis ext. de diuort. l. conſenſu §. ſi qua C. de repud. quo caſu maritus accuſans vxorem l. 1. C. ad L. Iul. de adult. lucratur dotem & econuerſo vxor accuſans maritum ex conſtit. nouiſs. crim. Carol. V. c. 120. donationem propter nuptias Panorm. in c. plerunque ext. de donat. int. uir. & vx. gl. in c. tuæ 5. ext. de procur. Beuſt de matrim. c. 21. niſi parentes vel filij adulterantium ſupereſſent Boër. deciſ. 338. nu. 5. & 6. perſonæque innocenti ad aliud matrimonium conuolare permittitur, non ex Iure Can. c. quos Deus 33. q. 2. ſed ex theologorum ſententia æquiſſima Luth. in 2. part. lib. von eheſachen arg. c. 19. Matth. verſ. 9. & 1. ad Corinth. 7. verſ. 15. l. ſancimus 22. C. de pœn. niſi mutua antea facta fuiſſet reconciliatio c. Apoſtolus c. placuit 32. q. 7. l. crimen 2. C. ad L. Iul. de adult. maritus proſtituiſſet vxorem c. diſcretionem §. quod ſi fortaſſe ext. de eo qui cognou. conſang. vxor per errorem gl. in c. in lectum 34. q. 2. c. dominus ext. de ſecund. nupt. vel per vim eſſet cognita l. ſi vxor 13. §. ſi quis plane & l. vim paſſam 39. D. ad L. Iul. de adult. maritusque ſimili ſeſe maculaſſet vitio, c. intelleximus 6. ext. de diuort. Schneid. de diuort. nu. 30. & Beuſt. de mat. c. 23. Sic & ob deſertionem perſonæ infidelis diuortio aperitur feneſtra 1. ad Corint. 7. verſ. 15. ad Timoth. 5. verſ. 8. c. in præſentia ibi Abb. ext. de ſponſ. Phil. Mel. in tr. de coniug. q. quis ſit deſertor. Non æquè ob inſidias, inimicitias capitales, ſæuitiam

tiam

*tiam & c. licet thori & menſæ ſeparatio non rarò ſequatur c. 1. & 2. de diuort. vbi gl. & dd. & dd. in l. conſenſu C. de repud. Schurff. conſ. 42. nu. 3, Cent. 1 Beuſt. de matrim. c. 9. & ſeqq.*

## IX.

Prima patriæ poteſtatis cauſa diſcuſſa; ad alteram, legitimationem videlicet, deſcendimus; quæ nihil aliud eſt, quàm actus Iuris Ciuilis, a. quo liberi, b. extra matrimonium quæſiti, efficiuntur legitimi; & quidem tribus modis; ſubſequente nempè matrimonio, c. oblatione Curiæ, d. ac reſcripto Principis. e.

*a. Nouell. 89. & Nouell. 74. Quib. mod. natur. eff. ſui vel legit. §. fin. h. tit. de nupt. b. volentes ſcilicet & conſentientes modo conſentire queant l. vlt. D. de his qui ſunt. ſui vel al. Iur. d. Nouell. 89, Boer. deciſ. 160. per tot. c. etiam in articulo mortis contracto Dd. in c. tanta ext. qui fil. ſint legit. Schurff. Conſ. 1. num 22. Cent. 1. & Gail. lib. 2. obſ. 141. nu 7 & 8. Hoc modo legitimati, jura filiorum legitimè natorum conſequuntur omnia, perpurgato natiuitatis vitio gl. in d. c. tanta Gail. d. l. nu. 2. Inde tam patri quam reliquis cognatis ſuccedunt §. quibus connumerari i. de hered. quæ ab inteſt. def. l. cū quis cum auth. ſeq. C. de natur. lib. d. §. vlt. etiam in feudis Dd. in c. naturales ſi de feud. def. cont. ſuer. Mynſ. obſ. 42 nu. 2. Cent. 5. & Gail lib. 2. obſ. 141 nu 1. non obſtante conſuetudine, ſtatuto vel inueſtitura in contrarium de legitimis* eheliche geborne *ſolummodo ad feuda admittendis And. de Iſer. in d. c. naturales Schurff d. conſ. 1. nu. 1. Iuris primogenituræ fiunt participes legitimis alijs tempore legitimationis non extantibus d. Nouell. 89. §. reliqui Tiraq. in tr. de primog. q. 21 & 40. Gail d. loc nu. 3. & ab artificum ſtatutis de non recipiendis in ordinem ſpuriis immunes ſunt VVeſemb. in h. §. vlt. nu. 3. d. Curiæ Decurionum in municipijs & colonijs conſilij publici capeſcendi ergò conſcriptorum Borch. in tr. feud. c. 7. de ſucces*

 nu.

*nu. 20. vel pater filiũ offerebat vel filius ſeipſum. Hoc modo legitimati patri quidem ſuccedunt §. filium d. Nouell 89. Borch. in tr. de grad. tit. de ſucceſs. per oblat. Cur & in tr. feud. d. loc. exceptis feudis dd. in d. c. naturales Iul. Clar in §. feudum q. 82. nu 1 & Boër. deciſ. 123. nu 6 reliquis cognatis non æq; d. §. filium & l. 9 C. de natur. liber. Noſtra tempeſtate hæc legitimatio ab aulis penitus receſsit Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11 tit. 10. nu. 1. e. d. Nouell. 89. & h. §. vlt. quo modo legitimati quidem & patri & alijs ſuccedunt d. Nouell. 74. Borch. in tr. feud. nu 25. Schurff. conſ. 2 Cent. 1 non tamen in feudis dd. in d. c naturales, niſi eorum reſpectu legitimatio fieret Mynſ d. obſ. 42 nu. 5. & Gail. lib. 2. obſ 140, nu. 9.*

## X.

Tertia ſequitur Conſtituendæ patriæ poteſtatis cauſa, adoptio: a. quæ eſt legis actio, b. qua is, qui filius non eſt, ad vicem filij redigitur: c. eſtq; duplex: adoptio in ſpeciẽ, d. & arrogatio. e.

*a. l. 1 D. de adopt. b. l. 4. D de adopt l. 1. C. eod. l. 3. in fin. D. de off. pro conſul. c. l. 1. & 2. D. eod. & idem paulo aliter in Cod. eod Hinc patri adoptiuo ab inteſtato decedenti vel pro virili cum filijs naturalibus §. ſed hodie h tit. l. pen C. eod. l. ſi te 5. C. de ſuis & legit. hered. etiam hodiè non obſtante auth. in ſucceſsionem C. d. tit. Angel in §. ſed ea omnia nu 4. i. de hered quæ ab inteſt. defer. vel ijs non extantibus ſolus ſuccedit excluſis aſcendentibus d. l. pen. §. ſed ne articulum Angel d. loc. nu. 6. exceptis feudis c. 1. §. adoptiuus ibi dd. ſi de feud. def. cont. fuer. niſi inveſtitutæ tenor aliud argueret arg. c. 1. §. filia de ſucceſs feud. c. 1. §. fin. per quas perſ. fiat in veſt. & c. 1. §. filia de feud. non hab. prop. natur. feud. dd in d. c. adoptiuus & Schneid. in tr. feud. in 6 part. de ſucceſs. feud. nu. 21 d. d. §. 1 l. 1. & 2. D. eod. e. dicta à, rogando Connan. lib. 2. Comment.*

*Iur. c. 15. nu 4. Fiebat arrogatio autoritate Principis in pr. h. tit. d. l 2. & 4 C. eod. cum cauſæ cognitione §. cum a impubes h. tit. ex quo omnes quorum intererat citandi erāt arg. l. in cauſæ 13. §. cauſa a. cognita D. de minor l fin. C. de autor. præſtand. & l. de vnoquoq; 47. D de re Iudic: perſonæq; publicæ cauebatur gl. in d. ſ. cum a. verb. caueat l. hæc a. ſatisdatio 20 & l. non aliter 18. D. d. tit. Obſeruari majori ex parte in vnione prolium* Einkindtſchafft *& Eccleſijs incorporandis hæc requiſita, confirmat. Gail. lib. 2. obſ. 128. nu. 5. & 12.*

## XI.

Patria poteſtas modis prædictis conſtituta, viciſsimq; dirimitur, morte, ſiuè naturali, a. ſiuè ciuili, b. dignitate, c. captiuitate, d. emancipatione, e. ac adoptione: f. non item vniculo jugali. g.

*a. quæ omnia vincula diſſoluit ſ. deinceps Nouell. 22. ſ. 1. de nupt. ſ. 1. h. tit. b. vt deportatione, perpetua ſcilicet in exilium ſiue inſulam condemnatione l 6. §. decuriones D. de interd. & releg. quæ in locum aquæ ac ignis interdictionis ſucceſsit l. 2. §. 1. D. de pœn. l. 3. D. ad L. Iul. pecul. In inſulam deportatio idcircò introducta quòd deportati imperio Romano eſſent exempti, quemadmodum inſulæ à reliquo terrarum orbe ſunt ſecluſæ. Verum deportationis pœna è noſtris locis eliminata, bannum eiuſdem ferè naturam occupat Baptiſti a Villal. in commun. opir. in lit. B. nu 3. modo id imponatur ab Imperatore totius mundi domino l. bene a Zenone 3. C. de quadpræſcript. & l. deprecatio 9 D. de L. Rhod. de iact. non æquè ab alijs vt a ciuitate quadam Aſcan. Clem. tr. de pat. poteſt c. 3 nu. 2. & 3 quippè cum priori caſu omnia Iura ciuilia amittant, ac mortuorum inſtar habeantur banniti Gail. lib. 2. de pac. publ. c 16. 12. & 11. nu. 12. & patria poteſtate excidant. Aſcan. Clem. d. tr. c. 3. nu. 2. poſteriori tantum modo iura iſtius ciuitatis, cuius banno ſub jacent. Bart. in l. amiſsione*

nu 2. D de capt. & poſtl reuerſ. & in tract. bannit. nu 10. arg. l fin. D. de iurisd. omn. Iud. Damnati in metallum, ad carceres vel ad remiges, licet ſerui pœnæ vt olim l. ſunt quidam 17. D. de pœn hodie non fiant auth. ſed hodie C. de donat. int vir. & vx. ciuitatem tamen dum perdunt arg. §. maxima I. de cap demi-nut. l. quod ad ſtatum 12 l qui vltimo 29. D. de pœn & l. eiq. qui 8. §. in inſulam D. de teſtam. & nexibus paternis ex-cutiuntur §. cum a. h. tit. Clem in d. tr. cap. vlt nu. 32. & 34. Relegati verò & ijs connumerati de Iure Can. excommuni-cati Bart. in l. ſi quæramus D. de teſtam Aldobr. I. de cap. demi-nut nu. 8 non item §. relegati h. tit licet aliàs eorum fama prægrauetur l. 5. §. minuitur D. de var. & ext. cognit. VVeſ. Conſ. 19. vol. 1. nu 74. c. §. filius-fam h. tit. Nouell. 18. Conſtit. quæ de dignit. & l. vlt C. de decur lib 10. qualis eſt patriciatus & Epiſcopatus dignitas d Iurib. vt & religionis ingreſſus Clem. d. c. vlt. nu. 67. cum ſeqq. militaris verò ac doctoralis nequaquã Schneid. in d §. filiusfam. d. quando cap-tus ab hoſtib9 efficiatur ſeru9 eorundẽ § ~~iur~~. Ius a. 5̃ de natur. gent. & ciuil quanquam fictione Iuris poſtliminij ius patriæ poteſtatis recuperare queat: vel L Cornelia in ipſo captiuitatis momento mortuus fingatur l. retro 15 D. de capt. & poſtl. re-uerſ. gl. & dd. in l. fin. C. de ſent paſs. e. §. præterea h. tit dicta q è manu vel mancipio traditio vel emiſsio, de cuius ritu videatur Vlpian tit. 19 §. emancipatio & Theophi. in d §. præterea: Hodie diſcrimen emancipationis & patriæ poteſtatis ferè eſt abolitum §. nullum Nouell. 118. de hered. quæ ab inteſt. def. Schneid in tr de ſucceſs. liber. nu 5 Mynſ §. emancipati nu 2 I. de hered. ab inteſt. veni. f. §. ſed ſi pater h. tit. modo adoptio fiat conjunctæ perſonæ non extraneæ d. § & l. pen C. eod. g. l quoties 29. D. Sol matrim. l. 3. 4. & 5. C. de donat. int. vir. & vx. Boër decis 197. nu 1. Aſcan Clem. d tr. c 5. nu 76. & Mauſ. in d. tr. de nupt. ad pr. §. præterea vbi diſtinguunt inter obſequia & operas marito præſtandas, & alia officia: quemadmodum nec olim matrimonio ~~contracto~~ confarreatione & vſurpatione contracto, non æq; coëmptione celebrato Borch. in tr. de grad pag. 34. nunc temporis conſue-

tudine

tudine & Iure Sax. patriam poteſtatem minimè hoc caſu vigere vlterius, aſſerit VVeſ. D. de hiſqui ſunt ſui vel alien. Iur. vnde Sichard. in l ſi fratris nu. 9. C. de Iur. de liber. Coniugatos emancipatis æquiparat.

# CORONIS

*Banniti ab Imperatore reſtituti, vt priſtina iura omnia: a. ita & ius patriæ poteſtatis recuperant. b.*

a. Bal. in c. domino guerram Hic fin. lex. & dd. in l. Gallus §. & quid ſi tantum D. de lib. & poſtum. l. fin. C. de ſent. poſs. Aſcan. Clem. d. tr. c. vlt. nu. 35. præſertim cum reſtitutio æquiparetur poſtliminio l. ſiquis filio 6. §. pen. D. de iniuſt. rupt. & irr. fact. teſtam. Vtrum ad bona ſiue alienata, ſiue non, reſtituantur vid. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 19 per tot. b. §. cum a. h. tit. & d. l. fin. vt alias tempore, quo ſaluum conductum habent, & hoc jus habere dicuntur Clem. d. loc. nu. 43.

# COROLLARIVM.

*Conſenſum paternum æquè de Jure Canonico, ac diuino & ciuili, neceſſarium eſſe in nuptiis filiorum contrahendis, defendere allaborabimus.*

c. aliter

c. aliter c. qualis 30. q. 5. c. non omnis c. honorantur &c. mulier. 23. q. 2. c. ſi uerum 31. q. 2. Beuſt. de matrim. c. 45. & Borch. in tr. de grad. pag. 39. & ſeqq. Reſiſtit communis, Dd. opinio conſenſum hunc de honeſtate ſolum requirens poſt. gl. in c. fin. 32. q. 2. Dec in d. l. nuptias 30. D. de R. I. quantumuis ſecundum priorem ſententiam pronunciari atteſtetur Kling. in tr. de cauſ. matrim. rub. de licit. nupt. & Schneid. de nupt. nu. 24. modo res ſit integra, ac parentes iuſtam contradicendi habeant cauſam, auaritia namq́ aut ſuperbia diffluentibus ac moram nectentibus filij filiæuè puberes ac viripotentes vix obediunt Iaſ. in l. 2. §. quod ſi patris nu. 27. & ſeq. D. Sol. matr. D. Luther in libell. von Eheſachen p. 1. art. 5. nec propterea exheredandi Iaſ. in d. l. 2. nu. 28. & Dec in d. l. nuptias nu. 10. & 15 alimenta illis deneganda Clem. in d. tr. in 6. Effect. nu. 11. aut matrimonium diſſoluendum erit Panorm. in c. ex literis ext. de rapt. virgin. niſi contractum eſſet cum perſona in honeſta ut receptum eſt in Conſiſtorijs arg. cap. 30. Num. verſ. 6.

FINIS.

# GRATIARVM ACTIO AD COLLEGAS, FINITÆ COLLAtioni, pro conſuetudine, ſubiecta.

GLadiatores in exercitijs ludicris, non eadem ſemper ex theatris, deportare videmus præmia: ſed alios maioribus, alios minoribus, pro induſtria, virtute, fortunæq́; varietate condecorari cernimus: quin & riſum rudes nonnullos ferre ſolere atq́; ignominiam, non rarò animaduertimus. Eos tamen certò ſpes illa tenet: fore, vt, ſi quid in præſentia fortè aſperſum ſit maculæ, id in poſterum, exercitatiores facti, majori dexteritate viciſſim, ſi nō eluant, at diluant. Idem & ego in ſpe habeo; ſi minꝰ rectè fortè rem geſſerim: nec dubito, quin, ſi vita ſuppeditarit, ac Deus conatibus ãnuerit, olim & expeditior ad exercitia hæc acceſſurꝰ ſim, & laudatior multò diſceſſurus. Recens vrſi fœtꝰ, Plinio annotante, candida & informis caro eſt, paulò muribus major, ſine oculis, ſinè pilo, vnguibus tantum prominentibus: eum tamen ita lambendo paulatim fingit ac format parens, ſpeciem deditam poſtea vt referat. Ingentem & hanc mundi machinam, rudem, indigeſtam molem, confuſumq́; chaos fuiſſe, non tàm Ouidij fabulæ, quàm hiſtoriæ Biblicæ aſſerunt. Et doctiſſimus Dn. præſes, obſeruantiſſmus æqui, voſq́; collegæ ornatiſſimi, minus polito huic diſputandi primordio, ignoſcetis, bonamq́;, vti confido, tribuetis veniam. Neq́; enim tàm ſtupidus ſum, vt quo in me animo ſitis, non multò antè perſpexerim, nec tàm obliuioſus, vt non meminerim, nec tàm inciuilis, vt diſſimulem, nec tàm ingratus deniq́;, vt non plurimū me vobis debere fatear. Lacones, ſi quando hoſtem ſtratagemate ſuperarunt, Marti taurum immolarunt, ſi aperto prælio, gallum obtulerunt. Ego verò concordis noſtræ diſcordiæ, Deo laudis ſacrificium facio: eumq́; ſupplex oro:

lib 8. c. 30.

*vt Academiæ huius laudatiſsimæ alueariorum, & in his ſtudiorum noſtrorum curam poſthac habere ne deſinat: Diaboli furori, Turcorum, Tartarorum, hæreſiarcharum, inteſtinarumq́; diſſenſionum molitionibus reſiſtat: ne diſsipati torres fumum excitent: ſed conjunctæ operæ, feruens ſtudiorum opus fideliter vrgeant.*

*DIXI.*

PRO-

# PROPEMPTICA

## IN ABITVM RESPONDENTIS AB AMICIS SCRIPTA.

*DN. IOHANNI CÖTERITIO EQVITI MARCHICO, ARGENTINAM profecturo, Itineris & vitæ felicitatem precatur.*

IANE, verecundis qui vitam moribus ornas,
 CÖTRICIÆ fulgens nobilitatis honos,
Cur ARGENTINAM tendis, Viadriq; receſſus
 Tàm ſubitò Clarios deſeruiſſe potes?
Sancta Themis varios hîc te formauit in vſus:
 Fouit & aurato, Suada diſerta, ſinu.
Hinc decus ingenij, teneris velocius annis
 Exeris; vt fructus planta datura ſuos.
At te culta mouet clari facundia IVNI,
 Et quòd præſtantes vrbs habet illa viros.
Sic te IANE parens, & auunculus excitet heres,
 Ardua Sceptrigeræ, qui regit, acta domus.
Saluus abi, redeas auctus virtutibus: indè
 Marchica conſilijs fulta ſit aula tuis.

*Andreas VVencelius D.*

# IVVENI NOBILISSIMO ET ORNATISSIMO, DN. IOanni à Kötteritz. I. F. Argentinam abituro,

*SVnt geminæ ad ſuperos alæ, quæ tollere quamuis*
*Obſcurum mi JANE valent: Rem pectore forti,*
*Conſilio & multo, patriæ curare; vel acris*
*Viribus ingenij perrumpere. Parta tuorum*
*Fortibus eſt auſis pridem, & tibi tradita ritè*
*Nobilitas: cui tu præclaro ardore ſecundam*
*Addere non dubitas, voluenſq́; ruenſq́; diurna*
*Nocturnaq́; manu, patrimæ Pallados artes.*
*Quæ cura vt curæ tibi ſit quoq́; deinde, rogarem*
*Pluribus, exemplo niſi aui, quem nulla ſilebit*
*Immortalem ætas, materni motus, idipſum*
*Spontè ageres pridem, teq́; & genitoris abundans*
*Doctrina & virtus, & auunculus excitet, acri*
*Non minus ingenio notus, linguaq́; diſerta,*
*Quàm magnus quondam LAMPÆRTVS. Perge tuo-*
*rum*
*Porrò vrgere citis veſtigia paſſibus: et cum*
*Veneris ad Rhenum ſoſpes, fac ſedulus aures*
*Atq́; animum Obrechto dedas, & Junio; is omnem*
*Vim tibi monſtrabit dicendi: at pectora plenis*
*Jlle favis Themidos tua paſcet: & vſq́; remittent,*
*Non malè quem cultum quondam accepere, politum.*

Balthaſar Caminæus
I. V. D.

Εἰς αὐτὸν.

Εὐγενέων φῦναι κόσμον φέρει, ἤθεσιν εἴτις
  Καὶ συνέσει προγόνων ἄξιος ἐστὶ κλυτῶν.
Εἰ δ᾽ ἀρετῆς στέρεται, μηδὲν φρεσὶν αἴσιμον εἰδὼς,
  Ἀντὶ πατρῶν τιμῆς αὐτὸς ὄνειδος ἔχει.
Τοῦτο ιοῶν μούσαις Κοτερίζιος, ἱερὰ ῥέζειν
  Κήδεται, ἠδὲ Θέμιν πλεῖον Ἄρηος ἐρᾷ.
Εὐχῶν κλῦθι Θεὸς, καὶ τούτῳ κρῆνον ἐέλδωρ,
  Πάντ᾽ ἀποβῆναι ἴδον σῇ ἰότητι καλῶς.

M. Pancratius Crugerius Græcæ linguæ Profeſſor, & facultatis Philoſophicæ id temporis Decanus.

*Nobiliſsimo juveni*

# DN. IOANNI À KÖTTERITZ, EX ACADEMIA FRANcofurtanâ in Argentoratenſem diſcedenti.

*Ergô bonis avibus, juuenum flos, JANE, virorum*
*Nobilium præſtansq́; nepos, & clara propago,*
*Argentinam ito, florentem legibus urbem:*
*Nec tibi vel flatu Hippotades, vel Jupiter imbre*
*Officiat ſæuo, curſumve moretur euntis.*
*Vellem equidem, noſtri te poſt etiam eſſe lycei*
*Egregium, vt nunc es, membrum: ſed JVNIVS ille*
*Cujus in ore lepos & Pitho ſeſsitat, ille*
*Te vocat, atq; alij ducuntq́; trahuntq́; Magiſtri,*
*Quos fovet iſte locus, ſtudijs atq; arte politos.*

 *J benè,*

*J benè, magnorum veſtigia clara virorum*
*Usq́; preme, adſiduoq́; exempla domeſtica ſpecta.*
*Virtutis dux eccè, PARENS, tibi nobilis: aulam*
*Conſilio qui operaq́; juuat ſollerte: præiuit*
*Eccè viam LAMBERTVS AVVS, virtute fideq́;*
*Magnus in imperio: cujus ſuper æthera noti*
*Fama rogum effugiens, ævum perdurat in omne.*
*Eccè tibi demum virtutis, AVVNCVLVS, auctor*
*Principis os noſtri atq́; oculus, Suadæq́; medulla:*
*Cuius ſemper honos, nomen, laudeſq́; manebunt.*
*Quos ſi KÖTRICI, quod ſpero, ritè ſequeris:*
*Virtute ac ſtudijs, titulos augebis avitos:*
*Et tibi diuitiæ manabunt vbere cornu.*

M. Chriſtoph. Neander Profeſſor
Ethicus honoris ergo ſbb.

ODE εὐκτική.

DVm pictor anni mirus odoribus
Mixtos colores Ver riguis refert
Hortis; & exultim colonus
Miſſa prius terit arva mannis:
Quid IANE Muſis care ſuàvia
Tu tecta Phœbi deſeris? an tibi
Sedes ſacrarum nunc Sororum
Diſplicet hæc, adamata pridem?
Ecquid futuri ſollicitus times
Cœlum malignum? deſine, deſine:
Mollibit adſpectus IEHOVÆ
Peſtiferi grave tempus anni.
An te Parens his finibus evocat?
I: patri obaudit, qui ſapit. Inclyta
I laude multum creſce, & annos
Tot numera, quot humus ſtolones.

Funeſta

Funeſta belli præmia militum
Captat cohors, quos fundere ſe omnibus
Portis videmus: ſat cruoris
(Parcite jam Furiæ) bibiſtis.
Sternunt virenti membra ſub arbuto
Mulcens voluptas quos trahit, & Venus:
Mercator inſtaurat nocentis
Impatiens hyemis carinas.
Ardere flammis te voluit Themis
Legum ſacrarum: te pater eloquI
Vult Tullius, facundiore
Vt redeas, procul ire, linguâ.
Augeſcit oris flumen in exteris,
Primæq; vires addit origini:
Mentiſq; opes, linguæq; gazas
Accumulat peregrina tellus.
J; IVNII clari, juuenis fores
Pulſa: patebunt diuitiæ tibi,
Queîs cedit Argenti micantis
Ampla ſtrues, teretiſq; gemmæ.
Dyrcæus Amphion lapides lyrâ,
Quercus poëta Thrax fidibus potens
Transduxit auritas canoris.
Indomitos domat os politum.
Vitæ futuræ ſi ſpeculum eſt prior
Ætas: imago hîc ſplendida quàm nitet!
Qui nunc laborum ſcindis arva
Inde feres calathos honorum.
Non te diurnas quærere crapulas,
Nocturna non turbare ſilentia
Vidit domus Phœbæa: ſeris
Vidimus invigilare chartis.
Sic perge: nam ſic itur ad æthera:
Magni parentis ſic eris æmulꝰ;

Doctus, bonus, magnus, diſertus:
Principis os, & ocellus aulæ.
Illis eris LAMPERTI animus ſagax;
His CHRISTIANI neruus avunculi:
Si non Parens, ſi non Avus te;
Solus Avunculus incitabit.
Seu plana luſtras, ſeu juga montium
Scandis, ſecundo numine cœlites
Adſint tibi: ductore Chriſto
Te Raphael comitetur ales.

Conuictori & amico honoris & amoris ergô ſcripta à M. Calebo Trygophoro in Academia Francoſ. profeſſore Logico.

IVVENI NOBILI IOANNI Á KÖTTEritz in Hermsdorff & Vulckavv &c. Promotori ac amico colendo.

*Ergô Pierides gratantia carmina veſtro*
*Soluite Köthritio: tangit Apollo chelyn.*
*Quis rigidus doleat? ſinuoſa volumina Iuris*
*Dum voluit, Themidos culta Lycea petit.*
*Ditibus, eſt aliquid, gazis incumbere Crœſi,*
*Et tutum ſeſe credere mille viris;*
*Veſtibus, eſt aliquid, ſplendeſcere murice tinctis;*
*Marmore conſtructas incoluiſſe domos:*
*Fama ſed eſt potior rigido quæſita labore,*
*Veſtibus, ære, armis, marmoreaq́ domo.*
*Tu fœlix igitur, qui COGNATI, atq́ Parentis*
*Motus laude tui, ſtamina quæris AVI.*
*Perge age: cœpta beet fundator Iuris & æqui;*
*COGNATO & patri proſpera fata ferat;*
*Legibus vt geminis (HEROES) roſtra gubernent,*
*Et mea ſuccus alat roſcidus arua. Vale.*

Amoris honoriſq́ ergô ſcribebat Andreas Rythnerus March.

*FINIS.*

ULB Halle 3
003 254 984

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0043-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0044-0

1595

ASSERTIONES

# DE PATRIA POTESTATE, EIVSQVE CAVSSIS CONSTITVENTIBVS,

Nuptijs videlicet, Legitimatione, Adoptione, vt & contrarijs, Ex T. IX. X. XI. & XII. Libri I Inſtit. Imper. concordantibusq; I. Canonici & Ciuilis TT.

depromptæ,

*Quas diuina præſidente clementia, veritatis indagandæ ergò, ſub incudem collationis reuocabat*

ANDREAS RYTHNERVS BRIcenſis,

*Reſpondentis vices obeunte*

IOHANNE A KOTTERITZ, Iuniore Marchico.

*Quibus*

*Acceſſerunt duæ Oratiunculæ Reſpondentis diſputationi adhibitæ, vt & in eiuſdem abitum ſcripta ab amicis*

PROPEMPTICA.

*Ariſt: lib: 6. Ethi. c. 8.*

Πλῆθος χρόνου ποιήσει τὴν ἐμπειρίαν.

FRANCOFVRTI
AD VIADRVM TYPIS VOLtzianis, Anno Chriſti M. D. XCV.

37.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214631-p0045-5